OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5606 page 1/2

**Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1847**

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.



ptis agit *Petrejus* in *Bibl. Ord.* p. 195.

## DCCCCXLVIII.

864 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 190. 12. charactere minuto exaratus, minio diſtinctus, et 4. iconibus rudi opere xylographico e Domini Paſſione depromtis ornatus, Precatorius eſt, praecedente *Calendario*, in quo Epiphania *der oberiſt Tag*, B. V. Annuntiatio *Vnſer Frawen Becleib*, Aſſumtio vero *Vnſer Frawen Burczweih* dicitur. Continet vero *Pſalmos VII. de Poenitentia* dictos cum *Litaniis* OO. SS. in quibus cum nominatim invocetur *S. Pöllt*, Preces has in D. *Hippolyti* Oppido *Auſtr.* infer. conſcriptas eſſe, credibile fit; id quod et dialectus ſuadet multa propria ſubpeditans. Sequuntur Preces *de Paſſione Domini*, *Dedicatione Templi*, *Formula Confeſſionis* Peccatorum, *Horae* et *Miſſa de B. V. Maria*, aliaque ad eam directa Pietatis ſimpliciſſimae Exercitia, quibus plerumque praemittitur Methodus quaedam aut Commendatio intutis traditionibus fulta.

## DCCCCXLIX.

497 Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 100. 4. nitidiſſime exaratus, Literis initiorum auro, coloribusque conſpicuus, titulisque omnibus miniatis ἐργοδιωκτην habuit *Albertum Brandeburgicum* Card. Electorem et Archiep. *Moguntinum*, ut ad calcem docetur ſequentibus: *Got dem almechtigen zu lob vnd milter betrachtung des bitteren leydens Jeſu chriſti vnſers ſeligmachers. Durch den Hochwirdigſten in got vater Herrn Albrechten Cardinaln Legatum natum Erzbiſchoffen zu Magdeburg vnd Meyntz &c. Beſtalt vnd geſchrieben In der Ertzbiſchofflichen ſtad Hall Anno domini. 1537. Geendet am 25 tag Septembris.* Complectitur vero pias in Vitam et Paſſionem *Chriſti* Meditationes ſeu Precationes potius hoc rubro: *Von dem gantzen Leben des Mitlers Gottes vnd der Menſchen Jeſu chriſti. Zum erſten, eyn Danckſagung vnd gebete, gott zu loben, vnnd leyttende zu andacht.* Initium: *Got meyn herr, ich beger dich zu loben, wan dich zu loben bekenne ich mich beſchaffen ſeyn.* &c. Sequitur Meditatio de creatione et lapſu primi hominis, de ejus revocatione per Verbi incarnationem, de Partu Virginis &c. Ultima Precatio eſt de quinque Plagis Servatoris, in qua Autor, quisquis is fuerit, ſubfragiis DD. *Hieronymi* et *Catharinae* ſe commendat. Unde conjectare licet, illum olim peregrinationem ad Loca ſacra *Palaeſtinae* ſuſcepiſſe, viſitaſſeque *Hieronymi* in *Bethlehem* et *Catharinae* in Monte *Sinai* memorias. Id quod factum conſtat a *Bernardo de Breidenbach* Eccleſiae *Mogunt.* Camerario et Decano a. 1483. cujus *Itinerarium* pluribus linguis Sec. etiamnum XV. vulgatum fuiſſe norunt Eruditi. Sed hactenus conjectura. Quod

porro

2019-07-19

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=5606 page 2/2
**Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1847**
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.



porro *Codici* summum splendorem conciliat, *Icones* sunt XLII. Vitam, Passionemque Servatoris coloribus elegantissimis repraesentantes, quarum illa, quae *fol.* 60. visitur, Pictoris, ut arbitror, μονογραμμα hac figura  exhibet. In ultima magna hominum omnis conditionis multitudo genuflexa quinque *Christi* Stigmata veneratur, quos inter eminentem *Albertum* Card. quivis facile adgnoscet, cui alterutra Ejus imago ab *Alberto Durero* aeri incisa nota fuerit. Margines singularum Iconum adornant Figurae V. T. Mysteriis depictis ἀναλογαι. In fronte *Codicis* legas: 1623. *Solamen spei patientia. Hunc librum æterni amoris fidelitatisque perfectæ signum Sacræ Cæsareæ Maiestati D. Clementissimo dono dedit. Sacri Rom. Imperij Princeps Elector per Germaniam Archicancellarius Jo. Suicardus* (de Cronberg) *Archiepiscopus Moguntinus.* Haec *Ferdinando* II. manu propria *Princeps cum maximis aevi sui comparandus*, ut adpellatur a *G. Chr. Joannis* in *Suppl. L. V. Rer. Mogunt. Nic. Serarii* T. I. P. 2. p. 932.

## DCCCCL.

509 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 176. 4. nitide scriptus continet: I. Meditationes de Vita et Passione Servatoris in XXIV. Diei Horas distributas hoc titulo: *Das andechtig Zeitglögclein des leben vnnd leidens Christi nach den XXIIII. Stunden ausgetailt.* Exponitur praevie modus utendi, et ipsa Mysteriorum in Horas Divisiõ, hoc initio: *Dises Buechlein ist nicht annders, dann ain andechtige betrachtung darzu sich der Mennsch mit allem vleis schicken soll* &c. Lucem vidit *Ulmae.* 1493. 4.

II. *fol.* 133. Meditatio de sacrificio Missae hoc titulo: *Die betrachtung von der mess anfachent von der menschwerdung Christi.* Initium: *Das conuiteor das ist die offen peicht bedeutt die predig sand Yohanns des tauffers* &c.

III. *fol.* 146. Farrago piorum Exercitiorum, puta: Meditatio de Nativitate Christi; VII. Missae multum proficuae *Gregorio* M. ut adseritur, revelatae, et a. 1411. quo nullus hoc nomine Pontifex, ab *Innocentio* confirmatae; Orationes in magna afflictione per Triduum dicendae; demum Orationes quaedam ad SS. Trinitatem et Divinas Personas compositae pro Duce *Wilhelmo Bavaro* anno 1531. qui annus lapsum Cl. *Lambecii* Codicem hunc L. II. *Comment* p. 809. edit. *Kollar. col.* 642. *Maximiliano* I. Imp. tanquam *carissimum* tribuentis manifestat. Neque *insignem* facile cum eo dixero; non desunt enim saltem in postremis levia quaedam et superstitiosa.

## DCCCCLI.

Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 524. 4. charactere 952
gran-



2019-07-19